



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

2. De effectu sacramenti Extremæ vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- in *summa part. 2. de Sacram. vbi de Extrema vñct. cap. 2.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. vers. quotiescumque, in fine.* Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 50. cum seqq.* Aegid. de ConineK *d. disput. 29. à num. 5.* Bonacina *d. quest. unica puncto 2. num. 2.* Fernandez. *d. §. 1. num. 2.* Vincent. Filliuc. *in quest. moralibus tract. 3. cap. 4.* Zambrani. *de Extrema vñctione cap. 5. in prin. num. 3.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 10. num. 11. cum seqq.* Hurtado *d. tract. de Extrem. vñct. diffie. 5. metipsum de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg. 31. num. 13. & de officio, & potest. Parochi cap. 22. num. 24. cum seqq.*
5. Vtrum Sacerdos simplex ex commissione Papæ possit oleum, & Chriftina consecrare, seu benedicere? vide Sot. *in 4. dist. 23. q. 1.* Caiet. *in 3. p. q. 72. art. 3.* Fusc. *de vñct. lib. 1. cap. 6. num. 7.* Viuald. *in candel. aureo, vbi de Extrema vñct. tit. de materia num. 4.* Henriq. *lib. 3. cap. 8. §. 2.* Barth. ab Ang. *dial. 3. §. 98.* Fernand. *d. §. 1. num. 2. in fine.* Zambrani. *de casibus in art. mortis cap. 5. num. 3.* Bonacina *d. puncto 2. num. 3.* vbi ait affirmatiuam sententiam probabilem sibi videri, & num. 4. resoluit oleum oliuarum esse materiam sufficientem huius Sacramenti, etiamsi benedictum sit ab Episcopo alia benedictione, quam benedictione consueta ab Ecclesia, & num. 5. asserit non esse validum Sacramentum Extremæ vñctionis, si aliud oleum per errorem adhibeatur, præter oleum infirmorum, refero ego ipse *d. alleg. 31. num. 16. & d. cap. 22. nu. 24.*
 6. Non videri à peccato excusandum Parochum si oleum alterius anni adhibeat, resoluit Bonacina *d. quest. unica puncto 2. num. 6.* Vgolin. *de officio, Episcopi cap. 7. §. 2. num. 1.* Possuin. *de officio Curati cap. 9. num. 1.* Ludouic. à S. Ioanne *de administ. Sacrament. art. 5. de Extrema vñctione num. 1.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 10. num. 16.* quia debet esse benedictum eo anno, vt præcipitur *in cap. litteris, de consecrat. dist. 3.* nisi necessitas aliud suaderet, tunc enim posse Parochum vetere oleo morituros vngere, donec nouum ipsi ab Episcopo transmissum fuerit, resoluit Zambrani. *d. cap. 5. dubit. 4. num. 15.* Vgolin. *d. §. 2. num. 2.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 4.* vbi aduertit quod si aduentante nouo ex veteri aliquid remanserit in lampadibus Ecclesiæ, quæ ante venibile Sacramentum sunt, ponendum est vt comburatur, refero Ego ipse *d. cap. 22. num. 25.*
 7. Parochum eo casu, quo oleum consecratum creditur non sufficere pro toto anno, licite posse ei miscere oleum non consecratum, quando timet fore vt oleum consecratum non sufficiat, modò quod additur sit minoris quantitatis consecrato, argum. *cap. quod in dubijs, de consecrat. Eccles. resoluit Fusc. de Vñct. lib. 1. cap. 6. num. 10.* Possuin. *d. cap. 9. num. 2.* Bonacina *d. puncto 2. num. 8.* Ego ipse *d. alleg. 31. num. 17. & d. cap. 22. num. 26.* Ludouic. à S. Ioanne *d. loco num. 2.* Zambrani. *d. c. 5. dub. 5.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 10. num. 17.*
 8. Oleum sanctum à quouis Episcopo recipiunt Fratres Cruciferi, Urbanus III. *const. 1. incip. Cum antecessor. 7. Kal. Aprilis 1137.*
 9. Oleum sanctum pro administranda Extrema Vñctione suis Fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo

per Archiepiscopos, & Episcopos exhiberi iussit Clemens VIII. *constit. 57. incip. Exponi. 24. Martij 1599.*

Oleum sanctum permittere debet Episcopus quod Regulares teneant in eorum Ecclesijs pro ipsorum vsu dumtaxat, Aldan. *in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 8. num. 10.* vbi refert decisum in S. Congreg. Episcop. & Regul. *in Aesina 13. Iulij 1589.*

Olea sacra possunt ab Episcopo benedici, & consecrari etiam in alia Ecclesia. si à Cathedrali abfuerit, idè Aldan. *d. tit. 8. num. 11.* vbi ait resolutum à S. Rit. Cong. *in Oriolen. 17. Nouemb. 1600.*

Olea sacra quotannis ab Episcopo confici, & suæ diocesis Presbyteris distribui debent, crematis veteribus, & vetera non possunt adhiberi, postquam noua sunt consecrata, Aldan. *d. tit. 8. p. 12.* vbi asserit decisum in S. Congreg. Rit. *in Cepten. 7. Septembris 1601.*

Oleorum sacrorum consecratio debet fieri omnino iuxta formam Pontificalis, & Canonici supplere debet, si numerus sufficiens Presbyterorum non adfit præter Canonicos, Aldan. *d. tit. 8. num. 13.* vbi ait sic fuisse resolutum ab eadem S. Rit. Cong. *in Lauretana 9. Maij 1606.*

Olea sacra ex causa necessitatis possunt confici ab Episcopo cum minori numero Sacerdotum quam præscribitur in Pontificali, Aldan. *d. tit. 8. num. 14.* referens ita fuisse decisum ab eadem S. Congreg. Rit. *in Curien. 21. Augusti 1604. & in Naxien. 12. Martij 1616.*

Oleum sanctum debet asseruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus dispensari alijs Ecclesijs, Aldan. *d. tit. 8. num. 18.* vbi attestatur ita resolutum ab eadem S. Congreg. *in Thescanon. 19. Augusti 1619.*

Formam deinceps esse illa verba, &c.] Vide Henriq. *in summa lib. 3. cap. 8. §. 3.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 1. cap. 3. art. 5. vers. in Extrema vñctione.* Aegid. de ConineK *d. disput. 19. à num. 13.* Valer. Reginald. *d. lib. 28. à num. 54.* Petr. de Ledesma *in summa part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. Extremæ Vñctionis, cap. 3.* Bonacina *d. quest. unica puncto 3. sub rub. Quanam sit forma Sacramenti Extremæ Vñctionis, Fernandez. d. §. 1. num. 4. & 5.* Soar. *romo 4. de poenit. disput. 40. scilicet 3.* Moies. *in summa Theolog. morali, tract. 4. cap. 3. num. 27.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib. 5. tract. 8. cap. 3.* metipsum *de officio, & potestate Parochi cap. 22. num. 35.* Torreblanca *de iure ipsius, lib. 2. cap. 11. num. 25.* Hurtado *d. tract. de Extrema Vñctione dist. 7.*

Vbi autem periculum fuerit in mora, vel morbus esset contagiosus, puta tempore pestis, credunt infra citandi satis esse si vngatur organum sensus magis obuii, dicendo, *Per istam sanctam vñctionem, & piissimam suam misericordiam indulgent tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum.* Ita Soar. *d. tom. 4. disput. 41. scilicet 2.* Victorel. *de Extrema vñctione, §. de singulis vñctionibus.* Aegid. de ConineK *d. disput. 29. dub. 5.* Possuin. *d. cap. 9. num. 19.* Bonacina *d. quest. unica puncto 3. num. 5.* Capetuille *de modo administrandi Sacramentum tempore pestis cap. 5. q. 30.* Paul. Layman. *d. cap. 3. vers. secundò, Ego ipse d. num. 35.*

De effectibus Sacramenti Extremæ Vñctionis.

C A P V T I I.

- | | |
|---|--|
| 1 Doctores de effectu Sacramenti Extremæ vñctionis agentes; | 3 Primarius huius Sacramenti effectus tollere reliquias præcedentium peccatorum. |
| 2 Sacramentum Extremæ vñctionis impedit suum effectum in vltima vñctione. | 4 Huius Sacramenti effectus est sanitas corporis. |

a Jacob. 5.
Ibidem.
b Infra can. 2. de Sacram. extremæ Vñctio. Genes. 3.

Res porrò, & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleniabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cuius Vñctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleniât, & confirmat magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatur, & morbi incommoda, ac labores, leuius fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo infidiantis, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, vbi salutem animæ expedierit, consequitur.

Vide

1. **V**ide Henric. in summa lib. 3. cap. 9. Franc. de Pitigian. disp. 23. quest. unica art. 8. Petrum de Ledema in summa par. 1. de Sacrament. ubi de Sacramento Extrema vnctionis cap. 4. Soar. tom. 4. de poenit. disput. 41. sect. 1. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 5. cap. 1. quest. unico art. 2. vers. de Sacrament. Extrema vnct. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 2. disput. 19. num. 16. cum seqq. Bonacin. in simili tract. disput. 7. quest. unica. puncto 6. à num. 1. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 10. §. 1. num. 10. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini part. 2. lib. 6. cap. 2. Vincent. Fillion. in quest. moral. tract. 3. c. 6. num. 117. cum seqq. Ioan. Sanci. in select. disp. 27. num. 16. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 12. num. 30. cum seqq. Hurtado de Sacram. tract. de Extrem. vnct. diff. 8.
2. Sacramentum Extrema Vnctionis impendere suum effectum in vltima vnctionis virtute omnium præce-

dentium, resoluunt Sot. in 4. dist. 23. quest. 1. art. 1. Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 19. q. 5. in fine. Aegid. de Coninck d. disput. 19. dub. 6. Bonacin. d. puncto 6. num. 2.

a. Ac peccati reliquias abstergit.] Primarium huius Sacramenti effectum esse, tollere reliquias præcedentium peccatorum tam originalis, quam actualium, mortalium, & venialium, tenent per hunc text. Aegid. de Coninck d. disput. 19. dub. 5. num. 17. Torreblanca d. lib. 2. cap. 11. num. 31. late Hurtado d. tract. de Extrema vnct. diff. 8.

β. Et morbi incommoda, ac labores, &c.] Sanitatem corporis esse huius Sacramenti effectum & rem, explicat Ioan. de Lugo de Sacrament. in genere disput. 2. sect. 8. num. 166. proindeque conferre salutem corporalem quando expedit, tradunt Valent. tom. 4. disput. 8. quest. 1. puncto 3. Suar. part. 3. tom. 4. disput. 41. sect. 3. ex num. 1. Torreblanca d. lib. 2. c. 11. num. 32.

De Ministro Sacramenti Extrema Vnctionis, & tempore, quo dari debeat.

C A P V T III.

1. Ministri proprii Extrema vnctionis sunt Ecclesie Presbyteri.
2. Regulares Sacerdotes, qui Extremam vnctionem sine proprii parochialis Presbyteri speciali licentia ministrauerint, ipso iure excommunicationem incurrun Sedi Apost. specialiter reseruatam.
3. Regulares possunt Extremam vnctionem toties quoties opus fuerit, ministrare omnibus & singulis Fratribus professis, conuersis, oblatiis, donatis, nouitijs, & seruatoribus secularibus.
4. Excommunicationem Clem. 1. de priuileg. non in-

currunt Religiosi administrantes cum ratihabitione parochi, vel in casu necessitatis ipso absente.

5. Sacerdotes plures simul cum Curato eodem tempore possunt Extremam vnctionem dare.
6. Extrema vnctio illis infirmis præsertim adhibenda, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur.
7. Extrema vnctio vt exhibeatur non est expectandus articulus, quo infirmus omni prorsus sensu careat.
8. Extrema vnctionis Sacramentum iterari potest statu infirmitatis mutato.

Iam verò, quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum, nam & ostenditur illic, proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesie Presbyteros. quo nomine, eo loco, non atate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut Sacerdotes, ab ipsis ritè ordinati, per impositionem manuū presbyterij. Declaratur etiam, esse hanc Vnctionem a infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur, vnde & Sacramentum exentium nuncupatur, Quod si infirmi post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio, inuari poterunt, cum in aliuū simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam doceant, hanc Vnctionem vel signentum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem, & qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiua Ecclesia referenda esset, & qui dicunt, ritum, & vltim quem sancta Romana Ecclesia in huius Sacramenti administratione obseruat, Iacobi Apost. sententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum esse, & denique qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tantj Apost. verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda Vnctione quantum ad ea, quæ huius Sacramenti substantiam perficiunt, obseruat, quam quod beatus Iacobus præscripsit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse possit.

Hæc sunt quæ de poenitentia, & Extrema Vnctionis Sacramentis hæc sancta oecumenica Synodus profitetur, & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autè canones inuiolabiliter seruandos esse tradit, & asserentes contrarium perpetuò damnat, & anathematizat.

1. **E**xtrema Vnctionis proprios ministros esse Ecclesie Presbyteros, per hunc text. asserunt Cardin. Bellarm. in controuers. Catholic. tom. 2. lib. de Extrema vnctione cap. 9. in princip. Soar. tom. 4. disput. 43. Henric. in summa lib. 3. cap. 13. §. 2. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 79. art. 1. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quest. 3. art. 2. vers. de Sacramentis, in med. Petr. de Ledema in summa part. 1. de Sacrament. ubi de Sacramento Extrema vnctionis, capite 5. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Extrema vnctio. §. 2. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 28. à num. 60. Aegid. de Coninck de Sacrament. & censur. tom. 2. disput. 19. à num. 27. Bonacin. etiam de Sacrament.

disput. 7. quest. unica, puncto 4. à num. 1. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 10. §. 1. num. 8. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tom. 1. tract. 2. questione 53. Molfes. in summa Theologie moralis tract. 4. cap. 3. num. 32. Vincent. Fillion. in quest. moralibus tract. 3. cap. 5. num. 87. Paul. Layman in Theologia morali lib. 5. tractat. 8. cap. 6. à num. 1. Zambrán. de casibus in articulo mortis cap. 5. dub. 8. num. 2. Ludouic. à S. Ioanne de administrat. Sacrament. artic. 5. de Extrema vnctione num. 22. Torreblanca de iure spirituali lib. 2. cap. 11. num. 26. cum seqq. Hurtado de Sacrament. tractat. de Extrema vnct. diff. 12. Hieron. Roder. in compendio quest. regul. resolut. 141. à num. 1. Tambur. de iure

a Cap. illud superfluum 95. dist. & infra c. no. vlt. b. 1. Tit. 4. Iacob. 5.

c Infra con. 3. de Sacrament. l. xtr. vnct.

d Cap. non lic. 12. dist. c. 2. in fin. de summa Trinit. & cap. fin. de foro compet.